



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Defensio Locorum S.  
Scriptvrae. De Ecclesia Catholica, Et Eivs Pastore  
Episcopo Romano, B. Petri, principis Apostolorum  
successore, libri duo. Aduersus nugatorias ...**

**Torres, Francisco de  
Coloniae Agrippinae, 1580**

**VD16 ZV 18729**

Capvt III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33634**

## C A P P V T I I I .

V verò (inquis, me alloquēs) vel ex eo poteras ἀκύρον huius tuæ argumentationis cognoscere, quod si regni Christi imaginē statuis in regno aliquo visibili, iam ad umbras veteris testamenti regrederis, & exortæ luci euangelice renuncias: quin etiam cū crassi Iudei umbræ adhærescentes terrenum Messiae regnum ab ipsis Christi temporibus confingant, & ab illo errore Christus disertis verbis sèpè suos reuocauerit, num erit consentaneum ipsius regnum visibili aliquo regno in terris constituto velle exprimere? hic sit igitur prior tuus paralogismus in voce ἐκόνως, quam tu quidē in regno Pótificio, i. lucem in tenebris queris. Ego verò ἐκόνων in ipso Christo, & in Euangelij prædicatione esse ex ipso Euangelio affirmo. Si quia imaginem regni Christi

**Quid sequitur in An-**  
tonium, si igitur ad umbras veteris testamenti regrederis, si sacramenta, quæ sunt imagines regni Christi in regno aliquo visibili statuuntur: aut, si non statuuntur, nec Christianus est ad umbras veteris testamenti regredi, vt siquidem baptismus quo factus es Christianus, sine aqua visibili superueniente virtute spiritus sancti non fit. deinde, si quia Christus suos ab illo errore, sepe, vt dicas, reuocabat, quo quidam Iudei umbræ adhærescentes terrenum Messie regnum confungebant, non videtur tibi consentaneum regnum Christi in aliquo visibili regno in terris constituto velle exprimere, ideo credo, non videtur consentaneum, quia non credis posse esse visibile, & simul spirituale, ac non terrenū, quale cogitabant illi. At si ita credis, ne credas baptismum esse ablutionem corporis & animæ spiritualem, & non terrenā, quia aqua sensibilem oculis corporis vides: aut rursus si hoc credis, ne Christianismo renuciare videaris, cur Christus negat regnum visibile & spirituale? quod ita spirituale est, vt adhuc inter ora, anequam in celum transferatur, iam caeleste secundum Apostolum dicatur, scilicet propter sacramenta, propter hymnos angelicos, propter claves regni calorum, id est, propter potestatem ligandi, & soluendi peccata, quæ sunt omnia Ecclesia, spirituala, & cælo, licet in terra visibiliter administrentur: cur tu Christum negas hereditate, quā dedit ei pater, spolia? postula à me, inquit, & dabo tibi gentes Antonius hereditatem tuam, et possessionem tuā terminos terra. An terra terminos aliquos quia regnū invisibiles dicit, qui non possint nisi oculis fidei conspiciri? Tu enim dicas expressam spirituale eit, negat regni Christi formam, & ἐκόνων, id est, imaginem in scripturis proponi, non correspuit. sed fidei oculis conspicendum, si regnum Christi in terra invisibile est, quia contra scripturam. spirituale est, quomodo visibili descriptione tenditur & porrigitur? videamus paulisper

panis per Prophetiam Esaiam de regno Christi spirituali in terra, quod est Ecclesia. Dedi te, inquit, in lucem gentium, ut sis salus mea, usque ad extremum terrae. & paulo post, Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & Mari, & isti de terra Australi. & paulo post, Leua in circuitu oculos tuos, et vide, omnes isti congregati sunt: venerunt tibi, vino ego, quia omnibus his quasi ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Nemo est tam indoctus in regno calorum, id est, scripturis sanctis veteris & noui testamenti, quin hac de Ecclesia Christi, de semine David, regno perpetuo & spirituali intelligenda esse constitutus. At quomodo si huicmodi Ecclesia et regnum Christi inuisibile est, videri hoc possunt? An cum dicit leua oculos tuos et vide, omnes isti congregati sunt, et venerunt tibi, scilicet ab Aquilone, & Mari, & terra Australi ut paulo ante dixerat, an iubebat propheta cum dixit vide, videre oculis fidei, qui veniret ab Aquilone, & Mari & Austris? quis hoc nisi excors dicturus est? nunquid ut aliquis ab Aquiloni veniat ad Ecclesiam, id est, ad regnum Christi, satis est credere eum ab Aquilone venisse? Ut si credit venisse, venerit? si non credit venisse, non venerit? quae est haec dementia? cum ergo dicit Propheta, vide, omnes isti congregati sunt, Ecclesiam, quae est congregatio fidelium cum Episcopo suo, visibilem esse affirmat, alioquin non diceret, vide, nisi forte interpres, vide, scilicet oculus fidei, quod ut dixi, excors sit, qui sic interpretetur. Quid enim ex eo

Quomodo  
audacior, &  
sequatur, dixi paulo ante. Audacior, ac amentior es tu quam Donatus, qui ut  
negaret, Ecclesiam esse, quae per omnes mundi regiones diffusa oculis corporis  
videbatur, nunquam ausus est confugere ad istam tuam Ecclesiam inuisibilem

<sup>amentior q</sup>  
<sup>Donatus fit</sup>  
<sup>Antonius</sup>  
<sup>in tollenda</sup>  
<sup>Ecclesia vi-</sup>  
<sup>cunctu orbis</sup>  
<sup>diffusa.</sup>

dectorum, ut diceret eam esse in sola Africa, sicut tu putas esse in sola Germania, sibili per quae confessionem Augustanam teneat, licet non hoc aperte totidem verbis dicere audeas, sed perinde est, ac si dicas. Sed pergamamus ad reliqua. Alter, inquis, paralogismus est, in dictione regni, & paulo post citas, in quis, haec verba apud Lucam, regnabit in domo Iacob in aeternum, ergo vide deo te loqui de eo regno, quod Christus exercet in electos, quorum Ecclesia per domum Iacob significari satis est mani estum, hypocrite vero licet ad tempus in Ecclesia esse videantur, tandem tam ab Ecclesia deiiciendi sunt. Quero abs te Antoni, quomodo hypocrita videatur esse in Ecclesia, licet eiiciendi tandem ex ea sint, oculis ne corporis, an oculis fidei? credo te responsurum oculis corporis, si enim oculis fidei discernendi, & dijudicandi a nobis essent, qui sunt, & qui non sunt in Ecclesia, in Ecclesia Christus vo

essent, quos crederem esse in Ecclesia, & in Ecclesia non essent, quos crederem

luerit tibi & videri a non esse. At qui ad corpus Christi, quod est Ecclesia, verè pertineant, noluit hoc Dominus a nobis dijudicari, nego sciri, qui vero essent in Ecclesia visibili, que essent in ec-

clesia, & qui est regnum Christi visibile, in quo ministri eius sunt & sacramenta visibilia, & non.

potes<sup>t</sup>as Christi ministris visibilibus data, hoc à nobis cognosci, & oculus corporis discerni voluit ex sacramentis visibilibus homini Christiani, & ex ministerio visibili ejiciendi ex Ecclesia per potestatem à Christo datam visibiliter, licet ea potestas visibles effectus per virtutem inuisibilem Christi operetur. Hac tu non intelligis, quia non credis, & quia non credis, hereticus es. Multi itaque sunt in Ecclesia, quae est corpus Christi, et domus Iacob & regnum David, propter communionem sacramentorum, licet non pertineant verè ad corpus Christi, nec aeternam domum Iacob, & perpetuum regnum David, quod Christus de calo regnat in terris secundum humanitatem oleo divinitatis vnguentam. Addis  
 » deinde, iam cùm regnum illud Romanum in Ecclesia visibili con-  
 » stituas, in qua reprobi mixti sint cum electis, quos quidem fateris  
 » esse inuisibiles, efficitur, regnum pontificium non esse imaginem  
 » eius regni, de quo loquitur angelus apud Lucam. Atque ut te ipse  
 » refellas, regere tibi tuum illud argumētum de imaginibus, in quo  
 » dicas imaginem eandem esse cum prototypo σχεπτικῶς, & ex ijs, que  
 » modo dixi constat regnum Pontificium nō esse idem cum regno  
 » Christi, ac ne σχεπτικῶς quidem. quare illud imago huius esse non  
 » potest. Nōdum intelligis Antoni, qua ratione & modo regnum Christi inter-  
 » rasit imago regni caelestis, alioquin nō argumentareris, si regnum Christi in Ec-  
 » clesia visibili mixta ex reprobis & electis constituantur, non posse esse imaginem  
 » regni Christi in calo, quia non cogitabas, quid caeleste reprobi haberent, vt in ea  
 » imagine lineam aliquam tenerent, sunt enim in Ecclesia propter communionem  
 » sacramentorum, donec separet eos Dominus, & partem eorum cum infidelibus  
 » ponat; discere igitur, in Ecclesia visibili regnum Christi, quod non terrenum, sed  
 » spirituale est, neg, de hoc mundo, sicut Dominus dixit Pilato, sed de calo, ima-  
 » ginem esse regni Christi in calo propter illa ipsa, quae Apostolus in epist. ad Heb.  
 » 1.8. & 9. in Ecclesia vocat caelestia, vocat enim caelestia sacramenta diuina, po-  
 » testatem diuinam & caelestem soluendi, & ligandi peccata, ordines ministri-  
 » rum Ecclesiasticae Hierarchiae, explanationes scripturarum, hymnos sacros, &  
 » alia de quibus non est dicendi tempus. in his sunt tanquam in imagine, ac simi-  
 » litudine archetypa caelestia, sicut dicit diuinus Dionysius explicans mysterium  
 » Chrismatis, quod est in Ecclesia per uniuersum orbem diffusa, quod est imago  
 » Christi, qui est archetypum christma τὸ ἀληθὲς, inquit, ἐπ τὸ ὄμοιωσιν, καὶ  
 » τὸ ἀρχέτυπον ἐπ τὴν ἀνόντην ἔκδηρον ἐν εὐαγγελίῳ παρὰ τὸ τῆς οὐρανοῦ  
 » διάφορον, est, inquit, in similitudine verum, & archetypum in imagine, utrum-  
 » que in altero, excepta differentia substantiae, archetypum enim non est ipsa sub-  
 » stantia imaginis, quae constat ex pigmentis colorum, & ligno, aut lapide, aut  
 » charta, aut are, aut alia materia, siccirco non est ytrumq; in altero, neque sunt  
 » ynum,

Quomodo  
Antonius  
existimat  
fieri non  
posse, vt Ec-  
clesia mix-  
ta ex electis  
& reprobis  
sit imago  
regni Chri-  
sti in calo,  
quia nō co-  
gitat, quid  
caeleste re-  
probi habe-  
ant in Ec-  
clesia.

Quæ sit in

Ecclesia, in

quibus tan-  
quam in ima-  
gine sunt  
archetypa  
caelestia ex  
Dionysio.

ymum, nisi σχεπτικῶς, sic in illis, quae sunt in regno Ecclesiae, quod est regnum nō Pontificium, ut semper inuidiosè, & veterotorie appellas, sed Christi. Pontifex enim non est nisi minister tantum Christi in eo gradu Ecclesiae collocatus, quo voluit Dominus in domo sua, qui sumus nos, quae Apostolus vocat cœlestia, & antitypa ἀληθινῶν, id est, imagines eorum, in quibus est veritas reuelata sine ullo anigmate, est quidem veritas, & gratia in Ecclesia, lex enim per Moisem data est, inquit Iohannes, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, sed non est in Ecclesia, & sacramentis eius, & ministris ipsa veritas reuelata, & ipsa gratia per speciem, & visionem. Est verbigratia in baptismo visibili Ecclesiae Christi, adoptio filiorum Dei per fidem, qua credimus, nos per sacram bap̄tismum regenerari, & filios Dei fieri. In calo erit adoptio non per symboli-  
cum baptismum, & fidem, sed per visionem: itaq; quæ nunc in baptismo est im-  
mortalis resurrectionis secundum spem, erit in calo re ipsa. Deniq; nisi proto-  
typarogni cœlestis essent tanquam in imagine, & imago in prototypis, vtrumq; in altero præter differentiam fidei, & visionis, spei, & possessionis, non ageret  
gratias. Apostolus Deo, qui translulit nos in regnum filij dilectionis sue, neque  
diceret in epist. ad Ephes. Qui consedere nos fecit in cœlestibus, neque diceret  
in epist. ad Corinth. si consurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt, sapite, &c.  
non dixit in futuro, transferet, consedere faciet, consurgetis, sed in præterito;  
dixi causam. Deinde, cum dixit, si consurrexisti, non de electis solum loquitur,  
non solum enim electi in Ecclesia consurrexerunt typicè cum Christo in sacro  
baptismo, sicut typicè mortui sunt in eo cum Christo, sed consurrexerunt etiam  
reprobi, sed hoc interest, quod electi, quod cœperunt esse, i. nouæ creaturæ, vsg; ad finem firmum retinuerunt, sicut Apostolus ait in epistola ad Hebr. c. 3. par-  
ticipes enim Christi effecti sumus, si tamè initium substantia eius vsg; ad finem  
reineamus. Itaq; cum aut si consurrexisti, omnes alloquitur electos, & non elec-  
tos tanquam ad unum corpus visibile Christi, quod est ecclesia, pertineant pro-  
pter communionem sacramentorum, vt dixi. immò dixit August. voluit enim  
Christus, quandiu in seculo sumus, Ecclesia electorum mixta esset cum reprobis;  
& una Ecclesia ex vtrisq; mixta, celebraretur, & coleretur, donec veniret, qui  
separaret hædos, ab agnis, & paleas à frumento. In hoc enim mundo, vt ait A-  
postolica constitutio l. 2. Clemen. Rom. δίκαιοι καὶ ἀδίκοις σωματεῖα-  
ζονται κοινωνίᾳ βίᾳ, διὰ τὴν καὶ στούτην; id est, iusti et iniusti congregantur  
in unum communione vita non sanctitatis. Ut igitur ad caput questionis redea-  
mus, sicut multa alia sunt in Ecclesia, quæ fuerunt adumbrata in vetere lege, id  
est, in quibus est imago cœlestium secundum scripturam, sic etiam Ecclesiastica  
Hierarchia oportet igitur, vt etiam in ea fuerit unus primus, Petrus scilicet, à  
quo sacerdotalis ordo incepit, sicut sanctus Anacletus in epist. 2. scripsit, quia

Quid diffe-  
rant veritas  
& gratia,  
quæ sunt in  
ecclesia, à ve-  
ritate & gra-  
tia in celo.

vt Aaron  
fuit initium  
veteris sa-  
cerdotij, sic  
B. Petrus ini-  
tium noui.

ipſi, inquit, primo pontificatus in Ecclesia datus est, dicente Domino ad eum,  
Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, qui tanto fuit  
excellentior summus sacerdos, quam Aaron, qui fuit, vt idem Anacletus ait,  
initium veteris sacerdotij, quanto imago perfectionis est umbra, & quanto pro-  
pinquier & similior archetypo. Hic tu statim occures, & dices, non Petri, sed  
Christi fuisse umbra in Aaron. verum quidem est fuisse umbram Christi Aa-  
ron, sed longinquissimam, vt diuinus Dionysius testatur, ait enim Hierarchian

Quod in ve-  
tere testa-  
mento ima-  
gines erant  
ab archety-  
pis remotis  
similiter no-  
uo aut pro-  
pinquiorem archetypo, cuius imaginis fuerit umbra minus remota, quam ab  
archetypo. Si enim Paulus testatur, vt superius demonstratum est, fuisse vetera  
exemplaria, & umbras eorum, que sunt in ecclesia, fuit igitur Aaron, qui fuit

Quomodo  
Aaron fuit  
initium sacerdotij in lege, umbra alicuius, qui fuerit in Ecclesia initium sacer-  
dotij noui testamenti, & idem imago Christi veri sacerdotis in eternum. Christi.  
Iustus autem non est imago archetypi, sed ipsum archetypum, quod in calo tatum  
est facie reuelata. Christi vero velata facie in Eucharistia sub specie cibi, non  
fuit umbra Aaron, sed agnus Paschalis & manu. Sed persequamur reliqua, se-

„quitur enim in tuis canulationib. Quod aut addis, oportere, vt Christus  
„aliquem suo loco constituerit, per quem regnet, cum per se non re-  
„gnat in terris, hoc verò est θεολόγον quomodo enim in suis re-  
„gnat Christus? an non virtute sui spiritus operantis per Euangelij  
„prædicationem? inde enim haec præstantissima huius regni effecta  
„apud Paulum, iustitia, pax, gaudium in spiritu S. quæ omnia Chri-  
„stus per se, & solus præstat. Cùm igitur regnum Christi spirituale  
„sit, & perpetuo ipsius spirituali præsentia fruamur, quemadmo-  
„dum ipse promisit his verbis, ecce ego vobiscum sum usque ad con-  
„summationem seculi, non tantum absurdum est, sed etiam blas-  
„phemum, dicere regnati Christo tanquam absenti aliquem in ter-  
„ris substituendum esse: & paulò post, fateor quidem, inquis adhi-  
„beri homines ad prædicandum Euangelium & ad cætera obeun-  
„da, quæ ad ministerium euangelicum pertinent, quos idcirco Pau-  
„lus ait esse legatos Christi, sed tamē ille solus regnat, solus animos  
„nostras flectit, solus in cōscientijs nostris dominatur. Neque con-  
„fundendum est externum ministerium cum interiori & spirituali  
„regno Christi. Totus conuersus es in vaniloquium, volens esse legis doctor, vt  
de alijs

de alijs tui similibus scripsit Apostolus: ex parte etiam prophetas Antoni, ut facti  
cilius decipias eos, qui te legunt, ad exemplum satanae, qui vera etiam cum fal- Quomo de  
sis commisceret, ut lateat, quos fallere cupit & studet. verum est, Christum vir- Antonius  
tute spiritus sui regnare, in quibus regnat, ipsum solum dominari in consciencie ex parte p-  
tis, addamus nos, quod B. Petrus ait, sumtum ex editione LXX. Prouer. 3. ideo pherat com  
regnare in conscientiis solum, quia solus Deus superbis resistit, humiliis autem misces falsa  
dat gratiam. verum item est, effecta regni Christi esse apud Paulum iustitiam, cum veris.  
pacem, & gaudium in spiritu sancto, & haec Christum per se solum praestare.  
addere debuisti tanquam Dominum & auctorem: alioqui, a nobis requirit,  
ut operemur salutem nostram, & spiritu ambulemus. illud etiam verum est, nos  
perpetuo spirituali Christi presentia frui posse: addendum erat, quantum hu-  
mana infirmitas pati potest. Verum quoque est, non esse confundendum externum  
ministerium cum interiori & spirituali regno Christi, vera sunt ista, quis con- Quomodo  
tradicit Antonii? quis ignorat, quod Paulus ait, itaque neque qui plantat est ali- ex ijs, quæ  
quid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. At quomodo his veris sum- ab Antonio  
pius efficitur, non esse unum Christi Vicarium, qui vniuersae ecclesiae Catholicae, fumpta sūt,  
que regnum Christi est, externe, & auctoritas, id est, visibiliter praesit? de quo sequitur v-  
tecum & cum Protestantibus disceptamus? immo ex ijs, quæ tu concedis hic, ne- num primū  
sciens quam vim habeant, sequitur, quod contendimus, unum primum legatum legatū Chrī  
Christi esse in Ecclesia, & te committere, quod nobis falso obiecis, te inquam, si esse in  
externum ministerium cum interiore & spirituali regno Christi confundere. sequitur v-  
Probemus, quod dicimus, ne tuo more dicamus tantum. fateris adhiberi homi- num primū  
us ad prædicandum Euangelium, & ad cetera obeunda, quæ ad ministerium legatū Chrī  
manglicum pertinent. inter illa cetera primum est ministerium pascendi oves si esse in  
Christi, id est, in primis ad ministerium euangelicum pertinet. hoc autem mini- Ecclesia, &  
sterium cum in multis ministros partitum sit, ita ut à singulis pars pro portio- Antonium  
ne gregis commissi teneatur, prouisum est a S. Apostolis, & eorum canone 34. ex confun-  
magna ratione, & necessitate sanctum, ut in singulis prouinciis essent singuli dere, quod  
Metropolitani, qui essent de suis Provincialibus Episcopis solliciti, & eis præf- adueratio  
sent, eosque in unitate Ecclesia & fidei continerent; & ut in maioribus urbibus obiecierat.  
essent Patriarchæ, qui de Metropolitani cura gererent. Quaro abs te nunc, Ec-  
clesia ista, in quibus Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ ministerium exer-  
cent, sunt ne visibiles? quid ni? siquidem earum praesides visibles sunt, erit igitur  
tota ecclesia, quæ ex istis ceu ex partibus constat, visibilis: & hoc quoque dabis.  
Rursus quaro, unde habet ista tota Ecclesia in tot Ecclesiis & eorum Episcopos  
partita, vt una sit? vt enim unaquaque Ecclesia Metropolitana ab uno suo parti- multas  
culari Metropolitano unitatem suam habet, tanquam ab origine unitatis sue,  
cum sit alioquin ex multis Ecclesijs constituta, & Ecclesia Episcopi quamvis

multa loca habeat, vna est propter vnum Episcopum suum, & Ecclesia patriarchica quamvis multis Metropolitanas Ecclesias habeat, vna Ecclesia est, cuius unitatis origo patriarcha unus est, sic tota Ecclesia, quia ex omnibus mundi Ecclesiis constat, non potest esse vna, nisi ab uno rectore initium unitatis capiat, vt antea & quidem auctore Cypriano non semel dictum est. Quare si fateris adhiberi homines ad cetera, que ad obeundum ministerium euangelicum pertinent, esse autem unitatem in Ecclesia non solum ad ministerium euangelicum pertinet, sed necessarium est; est igitur adhibendus unus homo, a quo tota Ecclesia capiat unitatis originem. At hæc tota Ecclesia vna, & visibilis, regnum Christi in Ecclesia, nominatur & est. Est igitur ad regnum Christi in Ecclesia, vt vnum sit, adhibendus unus homo. Ratio connexi cogit te Antoni, vt qui superius dedisti, des etiam inferius. Quod verò dicas, nos confundere exterrum ministerium cum interiori, in te hoc dixisti verè, quod nobis assingere voluisti, amabo, quis confundit duo quæpiam; qui alterum eorum ab altero separat? an qui alterum cum altero cōmiseret? rogo te Antoni, putas ne pertinere corpora fidelium ad regnum Christi visibile, an non? non credo negabis, ne videaris negare corpora & animas sacramentis Christi visibilis in Ecclesia, que est regnum eius, sanctificari ad emundationem conscientia, & regenerari simul cum animis in spem vitam per resurrectionem Iesu Christi, quod fieri non potest, nisi in Ecclesia, quæ cernitur. si pertinent, consequens est, vt si corpora sunt visibilia, & sacramenta sunt visibilia, & ministri sunt externi, & visibles, quamvis virtus sacramentorum non sit corporea, sed spiritualis, & potestas ministrorum in corpora & animas, spiritualis quoque sit, & ab spiritu Dei tributa, Regnum ipsum exterrum quoque sit & visibile, simul & spirituale, tum quia bona eius non sunt temporalia & terrena, tum quia potestas huius regni non ad custodiā corporum tantum, vt potestas regni secularis pertinet, sed ad custodiā corporum & animarum, cui præsunt ministri Ecclesia in regno Christi, vt custodiantur per fidem virtute Dei in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. Huiusmodi regnum Christi exterrum, simul & spirituale, quod in Ecclesia Catholica per cunctum orbem iuxta promissiones a Deo patre filio suo de semine David factas, aut tu tollis, & scripturas negas; aut si non tollis, exterrum regnum Christi cum isto tuo invisibili, quod ex vel hic loc, tra cælum ponis, confundis. Deinde quod Dominus promisit, inquiens, ecce vos solus Euangelij, ecce ego vobiscum regnum Christi non esse visibile, quia hic presentiam spiritualem promittat, vel sum, &c. et hoc locus scripturae solus errorem tuum cōuincit. interrogabo te vnum verbum, responde mihi, cum hoc dixit Apostolus, promisit se futurum esse cum eis tantum unicit. vsq; ad consummationem seculi? negabis tu quidem hoc, & recte, non enim que

Quomodo cōuincit ut ratione cō-  
nexi, vt Ec-  
clesia sit v-  
num regnū  
Christi spi-  
rituale, ad-  
hibendum  
esse vnum  
præsidem  
visibilem.  
Quomodo  
si corpora  
fidelium, &  
sacramēta,  
& ministri  
sub aspectū  
cadunt, ca-  
dar etiam  
Ecclesia na-  
cessit sit.

Quomodo  
vel hic loc,  
solus Eu-  
gelij, ecce  
ego vobis-  
cum Aa-  
tonij con-  
uincit.

gnum Christi in Ecclesia, nominatur & est. Est igitur ad regnum Christi in Ecclesia, vt vnum sit, adhibendus unus homo. Ratio connexi cogit te Antoni, vt qui superius dedisti, des etiam inferius. Quod verò dicas, nos confundere exterrum ministerium cum interiori, in te hoc dixisti verè, quod nobis assingere voluisti, amabo, quis confundit duo quæpiam; qui alterum eorum ab altero separat? an qui alterum cum altero cōmiseret? rogo te Antoni, putas ne pertinere corpora fidelium ad regnum Christi visibile, an non? non credo negabis, ne videaris negare corpora & animas sacramentis Christi visibilis in Ecclesia, que est regnum eius, sanctificari ad emundationem conscientia, & regenerari simul cum animis in spem vitam per resurrectionem Iesu Christi, quod fieri non potest, nisi in Ecclesia, quæ cernitur. si pertinent, consequens est, vt si corpora sunt visibilia, & sacramenta sunt visibilia, & ministri sunt externi, & visibles, quamvis virtus sacramentorum non sit corporea, sed spiritualis, & potestas ministrorum in corpora & animas, spiritualis quoque sit, & ab spiritu Dei tributa, Regnum ipsum exterrum quoque sit & visibile, simul & spirituale, tum quia bona eius non sunt temporalia & terrena, tum quia potestas huius regni non ad custodiā corporum tantum, vt potestas regni secularis pertinet, sed ad custodiā corporum & animarum, cui præsunt ministri Ecclesia in regno Christi, vt custodiantur per fidem virtute Dei in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. Huiusmodi regnum Christi exterrum, simul & spirituale, quod in Ecclesia Catholica per cunctum orbem iuxta promissiones a Deo patre filio suo de semine David factas, aut tu tollis, & scripturas negas; aut si non tollis, exterrum regnum Christi cum isto tuo invisibili, quod ex vel hic loc, tra cælum ponis, confundis. Deinde quod Dominus promisit, inquiens, ecce vos solus Euangelij, ecce ego vobiscum regnum Christi non esse visibile, quia hic presentiam spiritualem promittat, vel sum, &c. et hoc locus scripturae solus errorem tuum cōuincit. interrogabo te vnum verbum, responde mihi, cum hoc dixit Apostolus, promisit se futurum esse cum eis tantum unicit. vsq; ad consummationem seculi? negabis tu quidem hoc, & recte, non enim que

que ad consummationem seculi permanere poterant Apostoli; promisit ergo futurum esse cum eis, & cum successoribus eorum, (successores enim vnum sunt cum ijs, in quorum locum succedunt, vt antea docuimus, ne eadem repetam) et cum ijs, qui doctrina eorum & memores, & seruatores futuri essent. sic enim Apostolica constitutio locum hunc Euangelij interpretatur in extremo capite libri septimi Clem. Rom. igitur vbi non sunt successores Apostolorum, qui sunt regnum spirituale Christi, ibi non seruatur doctrina Apostolorum, ac proinde Christus non est spiritualliter cum eis. homines igitur, vt tu loqueris, adhibendi sunt non solum extra celum ad praedicandum Euangelium, & ad alia ministeria, vt tu fateris, quae ad ministerium euangelicum pertinent, sed ad presentiam Christi spiritualem scilicet successores Apostolorum. Regnum ergo spirituale Christi non potest consistere, quin simul sit externum, ex quo sit, vt cum Ecclesijs Protestatum, & Confessionistarum non sit spiritualiter praesens, quia successores Apostolorum non habent, & in eis successorem B. Petri qui est exordium unitatis Ecclesie, sicut fuit Petrus. Quod si spiritualiter cum eis praesens non est, non regnat igitur spiritualiter cum eis, id est, quia non regnat simul externum, id est, per successores Apostolorum cum quibus promisit se futurum usq; ad consummationem seculi, illis enim potestatem ligandi & soluendi dedit, & ministerium praedicandi euangelium, & gubernandi regnum Christi, ita tamen, vt unus solus esset in eis primus, vt omnes Ecclesie una Ecclesia, vnumq; regnum Christi fierent, quod fieri non poterat, immo natura repugnabat, nisi unus uni regno presideret, qui reliquos presides partium singularium secum in vnum colligeret, & connecteret, qui esset primus Vicarius Christi, alioqui minister tantum in regno eius, nimirum habens in potestate spirituali cum regibus gentium, aut etiam cum regibus Christianorum secularibus, quorum potestas mercede secularis est, & ex nulla parte spiritualis, negat, ad animas pertinens. Quod quidem cum Confessionistarum magistri non intelligant, neque discernant, ad negandum regnum Christi in Ecclesia, cui successor Petri praest, continuo fatue & fallaciter obijicunt illud, reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic, &c. sed pergamus ad aliam cauillationem Antonij Sadeelis ridiculam.

Quomodo  
libri septimi Clem. Rom. igitur vbi non sunt successores Apostolorum, qui sunt regnum spirituale Christi, ibi non potest consistere, quin simul sit externum, ex quo sit, vt cum Ecclesij Protestatum, & Confessionistarum non sit spiritualiter praesens, quia successores Apostolorum non habent, & in eis successorem B. Petri qui est exordium unitatis Ecclesie, sicut fuit Petrus. Quod si spiritualiter cum eis praesens non est, non regnat igitur spiritualiter cum eis, id est, quia non regnat simul externum, id est, per successores Apostolorum cum quibus promisit se futurum usq; ad consummationem seculi, illis enim potestatem ligandi & soluendi dedit, & ministerium praedicandi euangelium, & gubernandi regnum Christi, ita tamen, vt unus solus esset in eis primus, vt omnes Ecclesie una Ecclesia, vnumq; regnum Christi fierent, quod fieri non poterat, immo natura repugnabat, nisi unus uni regno presideret, qui reliquos presides partium singularium secum in vnum colligeret, & connecteret, qui esset primus Vicarius Christi, alioqui minister tantum in regno eius, nimirum habens in potestate spirituali cum regibus gentium, aut etiam cum regibus Christianorum secularibus, quorum potestas mercede secularis est, & ex nulla parte spiritualis, negat, ad animas pertinens. Quod quidem cum Confessionistarum magistri non intelligant, neque discernant, ad negandum regnum Christi in Ecclesia, cui successor Petri praest, continuo fatue & fallaciter obijicunt illud, reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic, &c. sed pergamus ad aliam cauillationem Antonij Sadeelis ridiculam.

## C A P V T I I I I .

**S**cipseram sic libro meo priore c. 3. Sed videamus adhuc limatus quemadmodum hoc de regno David in Christo impletum est, non enim per se Christus regnat in terra corporaliter. Iesus namque in quem nunc, sicut ait B. Petrus, non videntes credimus, assumptus est a nobis in celum, donec sic iterum veniat in secundo aduentu, quemadmodum discipuli viderunt eum euntem in celum, regis rursus de celo tantum regnat.